

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavanter Diöcese.

Inhalt: I. Epistola Leonis PP. XIII. ad Episcopos Hungariae. — II. Einführung des neuen Diöcesan-Rituale. — III. 17. Generalbericht der österreichischen Gesellschaft vom Rothen Kreuze. — IV. Aufruf des Comité's zur Pilgerfahrt nach Lourdes. — V. Diöcesan-Nachrichten.

I.

Sanctissimi Domini Nostri Leonis divina providentia Papae XIII. Epistola
ad Episcopos Hungariae.

LEO P P. XIII.

DILECTI FILII NOSTRI ET VENERABILES FRATRES SALVTEM ET APOSTOLICAM
BENEDICTIONEM.

Insignes Deo aeterno grates totâ Hungaria singularibus cum laetitiis agendas iure vos optimo decrevistis. Deo quippe, statori providentissimo et conservatori regnorum, si qua unquam natio, vestra maxime referre debet vim magnam beneficiorum, non pauca iam saecula difficilesque per casus, acceptam: quibus recolendis celebrandisque beneficiis peraptum obvenit tempus, patriae vestrae natali felicissime redeunte. In eo namque estis ut annum numeretis millesimum ex quo maioris illi domicilia sedesque suas istis in regionibus collocaverunt, atque res coepit Hungarica. — Constituta sollemnia nihil dubitamus quin dignum plane exitum honestissimaeque fecundum utilitatis sint habitura. Neque enim esse ullus potest sincera caritate civis, quem non decora tangant communis patriae, et cui non acres admoveat imitandi stimulos avita rerum gestarum gloria publice revocata. Ad haec accessio nobilis fiet ex consentiente suffragio exultarum quotquot sunt gentium, quae gaudia vestra amice consociantes, regnum certe gratulabuntur aptis legibus institutisque conditum, civili prudentia et virtute bellica conservatum, multis egregie factis in hanc propectum diuturnitatem et amplitudinem. — Nobismetipsis tam iucunda accidit faustitas vestra quam quae iucundissima, nec quidquam optatius est quam vobiscum, Venerabiles Fratres, praesentes in populo vestro mente animoque versari. Facit hoc praecipue tum Nostra erga Hungariam catholicam peculiaris propensio et cura, tum vero ipsius in hanc Apostolicam Sedem atque in Nos plane studiosa voluntas, crebris significationibus declarata. Inter cetera, postremis hisce annis frequentes Hungaros Roma vidit, vobis rite ducentibus, ad sepulcra Apostolorum Principum venerabundos; vidimus Nos coram effusos, quum testimonia fidei, obsequii, amoris, communi popularium nomine, exhiberent pulcherrima. Nec defuit eis benevolentia Nostra et opportuna exhortationis alloquium, ut animos in officiis sanctae professionis confirmarem: quamquam id consulto uberiusque praestitimus nationi universae, litteris ad vos semel atque iterum datis. Nunc autem, quandoquidem commeminisse iuvat qua verecundia et gratia clerus bonique omnes illa paterni animi argumenta acceperint, rursus ad vos, interpres caritatis Nostrae, haec epistola adveniat; quae, favente Deo, saecularis celebritatis et laetitiam augeat et fructus multiplicet.

In tota rerum serie quarum apud vos commemoratio cultu magnifico apparatus, religionis catholicae ea omnino elucet atque eminent virtus, quae optima est incolunitatis publicae conciliatrix bonorumque omne genus parens vel fautrix in populis. Sane, quod prudentiores vestrarum rerum scriptores

aiunt, occupatas istic regiones natio Hungarorum nec diu nec prospere tenuisset, nisi eam doctrina et gratia evangelica, iugo superstitionis exemptam, monendo ac mitigando, ad illa adduxisset, intra gentium vereri, laedere neminem, clementiam induere, colere studia pacis, principibus tamquam Deo subesse, fraternitatem domi forisque exercere. — Admirabili modo, in *Geiza* duce et in primoribus gentis, catholicae fidei apud vos consecrata sunt initia; agente in primis sancto episcopo *Adalberto*, viro apostolicis laboribus et martyrii denique laurea clarissimo. Quae quidem initia tanto praestantiora extiterunt, quanto et tempora et loca periculosius patebant funesto cum Ecclesia romana dissidio ab orientalibus erumpenti. Coepta patris institit perfecitque *Stephanus*, christianus princeps spectatissimi exempli, divinae in vos benignitatis consiliis magno animi et operae ardore obsecutus. Qui merito gentis vestrae firmamentum praecipuum ac lumen ideo salutatur, quod eam, religionis verae beneficio, non modo ad sempiternae adeptionem salutis, summum bonorum omnium, instruxit, sed ceteris etiam expetendarum rerum praesidiis auxit et nobilitavit. Eo ipso principe, qui pietate excelsa sceptrum suum augustae Dei Matri et beatissimo Petro oblatum dedicatumque voluit, inita est inter romanos Pontifices et reges populumque Hungariae illa studiorum officiorumque vicissitudo, quae a Nobis alias est collaudata. Eiusdem coniunctionis sacramentum quasi vinculum ad perpetuitatem fuit corona regia, Christi Servatoris et Apostolorum iconibus distincta, quam Stephano Silvester II decessor Noster dono misit, quum regium ei attribuit nomen, quod apud vos *Christi fidem longe lateque diffuderit*¹. Illud autem est commemoratu dignum, quod simul Hungarorum comprobatur in obsequio Petri constantiam, ut scilicet eadem corona varias gravesque temporum procellas salva pertulerit, pristino fulgens honore, perinde semper habita religioseque custodita tamquam regni decus maximum et praesidium.

Eiusmodi auspiciis factum est, ut crescens opibus Hungaria easdem ingressa sit vias quibus populi incedebant christianae Europae adolescentis, et proprium generis ingenium, validum erectumque, eo felicius ad omnem virtutis humanitatisque appulerit laudem. Inde, praeter commoda et ornamenta cetera, haud exiguus provenit hominum numerus, qui sanctitate vitae, doctrina, litteris, artibus, gestis muneribus, semetipsos et patriam verissime illustrarunt. — Atque rem sane optimam ii moliuntur, qui, ut allatum est, talium religionis promeritorum selectam copiam, monumentis ex oblivione et silentio eductis, in lucem per sollemnia ipsa proferendam oculisque exponendam curant. Porro monumenta litterarum, quum vestra, tum ea quibus apostolica Nostra tabularia abundant, summa consensione illud testantur quod permagni interest, praesertim hoc tempore, reputare. Videlicet quales fuerint apud maiores vestros Ecclesiae partes in iure publico sive constituendo sive administrando: eius certe sapientia, disciplina, aequitas, cunctis ordinibus libentissimis, usquequaque influxit. — Civilis praeterea libertatis, pro qua populus vester nunquam destitit propugnare, Pontifices romani tutores vindicesque se, quodcumque illa in periculum ac discrimen vocata est, vel rogati vel ultro praebuerunt. Id saepius olim accidit; tunc in primis quum impetus acerrimorum fidei sanctae hostium oportuit refutari. Qua in parte nemo quidem unus non consenserit, elades teterrimas, quae simul plerisque ex occidente populis imminabant, Hungarorum constantiam invicta esse depulsas; nulli tamen obscurum est, ad eam eventum felicitatem decessores Nostros contulisse multum, suppeditata pecunia, missis auxiliis, conciliatis foederibus, praesidio caelesti exorato. Id potissimum praestitit Innocentius XI; cuius perennat nomen, ab utroque clarum insigni facto, liberatam nempe circumsedentibus infeste armis Vindobona, et Buda, urbe primaria vestra, post diutinam oppressionem magnifice vindicata. — Item Gregorio XIII immortale in gentem vestram stat meritum. Quum enim et istic, ob studia novarum rerum ex finitimis infusa populis, religio graviter laboraret, saluberrimum ille consilium, quod iam aliis pro nationibus sapienter liberaliterque perfecerat, idem pro Hungaria, tamquam *insigni et amplo christiani orbis membro*, suscepit. Scilicet collegium vobis in Urbe condidit, quod deinde Germanico adiungendum censuit, in quo delecti alumni ad doctrinas virtutesque sacerdotio dignas exquisitius instituti, operam ecclesiis vestris fructuosiore aliquando navarent: id quod non intermissa ubertate evenit, multis etiam eductis qui episcopalem gradum magna laude parique Ecclesiae et civitatis decore tenuerunt.

¹ Clemens XIII P. M. in alloc. *Si qui militari*, die I Oct. an. MDCLXVIII.

Isthæc Nos similiaque beneficia quæ continuâ Ecclesiae gratia sunt in genus vestrum pro-
fecta, libentes agnovimus non tam esse patriis consignata fastis, quam in animis civium alte manere
in sculpta. Instar omnium locuples testis est, inde a saeculo quinto decimo, Ioannes ille Hunyades, cuius
consilium et fortitudinem nunquam Hungaria non efferet memor: is igitur grate diserteque affirmavit:
Haec patria, nisi stetisset fide, opibus, reor, non fuisset statura: eodemque regni moderatore, ordines
cuncti, communi ad Nicolaum V epistola, professi sunt: Utcumque sumus, Apostolica maxime gratia
enuitri consistimus. Quibus testificationibus tantum abest ut consecutae aetates quidquam ademerint
ponderis, ut non minimum potius addidisse, beneficiis auctis, videantur. — Emergitque in Hungaris,
quemadmodum id semper magno opere enisi sint, praeceptaque sibi duxerint gloriae, ut regnum suum
Apostolicae Sedi, tamquam *peculiare et deditissimum*, quam maxime obstrictum tenerent. Huic rei com-
plura quidem ex actis publicis suffragantur; vel litterae a regibus et optimatibus ad Pontifices romanos
summa cum pietate perscriptae, vel exempla magnanimæ strenuæque virtutis, quæ, ante etiam quam
contra irruentes Mahometanorum copias contenderet, suppetias venit Ecclesiae, ad iura eius tutanda
ulciscendasve perduellium iniurias. At, ne fusius ea persequamur, satis loquuntur quæ multis modis
intercessere officia regi Ludovico Magno cum Innocentio VI et Urbano V, plena fidei et observantiae,
plena benevolentiae et laudis. Eaque sunt commemorabilia quæ Matthias rex Paulo II rescripsit,
adhortanti ut nomini catholico, ab Hussitis in Bohemia afflicto, ope valida subveniret: *Ego me, inquit,*
sanctae romanae Ecclesiae et vestrae Beatitudini, una cum regno meo totum dedicavi. Nihil mihi tam
arduum, nihil adeo periculosum Dei in terris Vicarius, immo Deus ipse iubere potest, quod suscipere
non pium et salutare existimem, quod non intrepidus aggrediar, praesertim ubi de solidanda fide catho-
lica et de contundenda perfidia impiorum agitur Quibuscumque religionis hostibus occurrere opus est,
ecce Matthias simul et Hungaria Apostolicae Sedi et vestrae Beatitudini devoti manent, aeternumque
manebunt. Nec vero vel regis dictis vel Pontificis expectationi res defuit; manetque posteritati gravissi-
mum documentum. — Huc praeterea spectant, tamquam fidelis admodum voluntatis praemia, eae com-
mendationes non paucae nec mediocres, quibus ab hac Sede Apostolica dignatum est genus vestrum;
singulares item honores ac privilegia, quæ vestris regibus ab ipsa sunt impertita. Libet autem Nobis,
praesentemque celebritatem omnino addeceret, illustriorem quamdam paginam excitare ex amplo diplomate,
quo Clemens XIII Mariae Theresiae, reginae Hungariae, eique in eodem regno successuris *appellationem*
Regis Apostolici, privilegio vel consuetudine inductam, pro potestate confirmavit. Hoc igitur Pontificis
praeconio, ut iam patres atque avi, nepotes ipsi fruantur: „ . . Florentissimum Hungariae regnum, ad
„christianae ditionis et gloriae terminos proferendos, vel propter bellicosissimæ gentis fortitudinem
„omnium aptissimum, vel propter locorum naturam opportunissimum adhuc quidem semper habitum est
„et fuit. Neque vero quisquam ignorat quam multa et quam egregia facinora pro tuenda propagandaque
„Iesu Christi religione gessit nobilissima Hungarorum gens; quam saepe manus conseruit cum teterrimis
„hostibus, iisdemque ad communem christianae reipublicae perniciem erumpentibus suo veluti corpore
„aditum intereludit, maximasque de illis victorias reportavit. Celebrantur ea quidem fama, clarissimisque
„prodita sunt monumentis litterarum. At silentio nullo modo praeterire possumus Stephanum illum
„sanctissimum fortissimumque Hungariae principem, cuius memoriam caelestibus honoribus consecratam
„atque in Sanctorum numero collocatam rite veneramus. Eius autem virtutis, sanctitatis, fortitudinis
„vestigia extant istis in locis ad laudem Hungariae nominis sempiternam. Neque eius pulcherrima exempla
„virtutum reliqui in regno successores non sunt perpetuis temporibus imitati. Quamobrem nemini mirum
„videri debet, si romani Pontifices Hungaricam nationem eiusdemque principes et reges, ob maxima et
„egregia illorum erga catholicam fidem et romanam Sedem merita, amplissimis semper laudibus ac
„privilegiis condecoraverint. Quale est illud in primis sane honorificum, quod ante reges, quando prodeunt
„in publicum, tamquam splendidissimum Apostolatus insigne, Crux praeferatur, idque ut ostendatur Hun-
„garicam nationem atque eius reges gloriari unice in Cruce D. N. Iesu Christi; atque in eo signo pro
„catholica fide et dimicare semper et vincere consuevisse!.”

¹ Epist. Quum multa alia die XIX aug. an. MDCCLVIII.

Iamvero, quamquam tam praeclaris hominum ac rerum recordationibus sollemnia commendari vestra magnisque laetitiae significationibus exornari perpulerum est, res tamen ipsa suadet ut aliquid spectetur amplius, quod fluxum non sit idemque communi bono solida afferat incrementa. Caput est, ut se respiciat Hungaria: et conscientia nobilitatis religiosissimorum patrum impulsam, nec ignara temporum, ad proposita digna nitatur. Vos nimirum, cuiuscumque ordinis estis, appellat cohortatio Apostoli: *Stare in fide, veriliter agite et confortamini*¹: eique concinat sane oportet una mens omnium et vox: *Teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem*²; *Non inferamus crimen gloriae nostrae*³. — Saeculi cursum universe contuentibus dolendum certe, Venerabiles Fratres, homines passim esse, eosque in sinu Ecclesiae nutritos, qui religionem catholicam neque opinione neque actione vitae proinde colant ac digna est, paremve propemodum faciant cuilibet religionis formae, atque etiam suspectam invisamque habeant. Vix autem attinet dicere quale illud sit, praestantissimam hanc patrum hereditatem degeneri sensu repudiare, et quam ingrati sit improvidique animi beneficia eius, tum diu parta agnoscere nolle, tum in posterum expectanda negligere. Siquidem in sapientia institutisque catholicis virtus et efficientia inest, prout initio monuimus, mira prorsus et multiplex ad humanae societatis bonum; neque ea cum aetatibus exarescit, sed eadem semper et vivida, novis item temporibus, modo ne opprimatur, constanter est profutura. — Quod propius attingit populum vestrum, iam ei Nos de religione, per superiores litteras adsimilesque curas, satis consuluisse existimamus, aequae periculis denunciatis ab illa prohibendis, aequae adiumentis propositis quae ad eius libertatem dignitatemque aptius conducerent. Et quoniam a re religiosa res civilis dissociari nequit, huic etiam curationem opemque afferre, quod plane cohaeret cum Apostolico officio, vehementer studuimus. Nam quae Nobis visum est convenienter temporibus vestris identidem suadere et praescribere, ea non exiguam partem, ut probe meministis, publicae quoque saluti ac prosperitati vertebant. Quod si, hoc ipso in genere, coniuncta bonorum studia impensius quotidie consiliis monitisque Nostris sint responsura, quidni eam spem amplectamur quae ex hac saeculari memoria laetior efflorescit et quasi praelucet ad communium votorum exitum maturandum? Nemini sane civi optimo non id in votis fuerit, ut, sublatis dissentendi causis, suus Ecclesiae ne abnuatur honos, ex quo pariter civitati luculentius niteat suus, in foedere ductaque avitae religionis. Inde fiet ut auctoritas potestatum, mutua ordinum officia, institutio adolescentiae, talia plura recte se tueantur in veritate, in iustitia, in caritate: his enim maxime fundamentis praesidiisque civitates nituntur ac vigent. — Quae complexio bonorum ut apud vos habeatur qualis clariore patrum memoria fuit, id certe valiturum non minime est, si pietatis affectio erga romanam Ecclesiam, novis veluti auspiciis, ab eorum exemplo incitamenta capiat. Opportune quidem in publicis gaudiis illud etiam indictum novimus, ut honorificentissimum Stephani diadema insuetâ pompa per urbem principem, ad *Sedem Comitiorum* dedicandam, certa die deferatur; nihil quippe cum gloria nationis regumque vestrorum tam est connexum, nihil cum recta civilis rei temperatione tam congruit, quam sacrum illud regiae potestatis insigne. At vero spe libet praesumere duplex praestabile emolumentum ex illa re facile oriturum. Alterum, ut in ordinibus atque in multitudine eo magis sacramentum firmetur obsequii fideique in augustam Domum Habsburgensem, quae idem diadema, ultro sibi a maioribus vestris delatum, ad felicitatem regni perpetuo gessit; alterum, quod est huius propositi, ut copulata recordatio intimae patrum cum Cathedra Petri necessitudinis, quae per ipsum pontificale donarium rata sanetaque extitit, iisdem vinclis stabilitatem addat et robur.

Sciat autem gens Hungarorum illustris, omnino se posse ac debere auctoritati et gratiae confidere Sedis Apostolicae: quae nec immemor erit unquam rerum ab ipsa pro catholico nomine praeclare gestarum, et pristinum erga ipsam animum providentiae indulgentiaeque maternae retinet, retinebit. — Quantum est in Nobis, si quidquam adhuc vestrâ causa curavimus et effecimus, ea Deus perbenigne ad successum foveat, Nobisque consilio et ope sua sic adsit, ut liceat eo vel amplius rationibus vestris gratificari. Per hanc praesertim faustitatem respiciat Ille praesentissimo numine Regem vestrum Apo-

¹ I. Cor. XVI., 13.

² Hebr. X., 23.

³ I. Machab. IX., 10.

stolicum, ordines, clerum, populum universum; faciatque affluentes eorum copiâ bonorum, quae ipse nationibus regnisque promisit custodientibus iustitiam et pacem. Vos aequè respiciat omnes magna Domina vestra *Maria*, unâque Stephanus et Adalbertus, idem regni apostoli et patroni caelestes; quorum salutari tutela, ab avis et maioribus tantopere explorata, cumlatiore in dies fructu laetemini. — Singulare votum summa caritate adiicimus. Fiat nimirum ut cives omnes, quos unus eiusdem patriae commovet amor eademque publicae gratulationis causa fraterno more coniunguit, eos una eademque fides in felici complexu Ecclesiae matris aliquando devinciat.

Vos autem, Venerabiles Fratres, omni vigilantia diligentiaque pergite, ut facitis, de populo vestro et de civitate mereri optime: auspicemque divinorum munerum et peculiaris benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam benedictionem habete, quam singulis vobis cunctaeque Hungariae laetanti amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die I. Maii anno MDCCCLXXXVI, Pontificatus Nostri decimo nono.

LEO PP. XIII.

II.

Einführung des neuen Diöcesan-Rituale.

Die Lavanter Diöcese hatte bisher kein eigenes Rituale. Gegründet im Jahre 1228 von Eberhard II., Erzbischof von Salzburg, benützte sie das Rituale der Salzburger Erzdiöcese. Neben dem Rituale Romano-Salzburgense war jedoch in der Lavanter Diöcese — namentlich in den an die Laibacher Diöcese angrenzenden Theilen derselben — bis in die neuere Zeit auch das Laibacher Rituale im Gebrauche, was zur natürlichen Folge hatte, daß in Bezug auf den Ritus bei den liturgischen Functionen in der Diöcese keine Gleichförmigkeit herrschte. Gewisse liturgische Gebräuche, z. B. manche Benedictionen, die in einem Theile der Diöcese üblich waren, waren in dem anderen Theile derselben unbekannt. Dieser Übelstand wurde noch fühlbarer, als im Jahre 1859 bei Gelegenheit der Arrondierung der Diöcesen Gurk, Lavant und Seckau der slovenische Antheil der Seckauer Diöcese, welche auch ein eigenes, von dem Salzburger theilweise abweichendes Rituale hatte, an die Lavanter Diöcese abgetreten worden war. Nunmehr waren in der Diöcese drei Ritualbücher im Gebrauche, und es kam vor, daß in derselben Kirche zwei verschiedene Ritualbücher benützt wurden. Zudem war das unter Mitwirkung des hochseligen Fürstbischöfes Anton Martin Slomšek im Jahre 1854 in neuer Auflage erschienene Salzburger Rituale, von welchem für die Lavanter Diöcese 432 Exemplare (zum Preise von 4 fl. 25 kr. pro Exemplar) bestellt worden sind, im Buchhandel seit längerer Zeit nicht mehr vorrätzig, und die bei den einzelnen Kirchen noch vorfindlichen Exemplare sind infolge des langjährigen Gebrauches zumeist sehr schadhast, ja vielfach unbrauchbar geworden.

Diese Umstände wirkten zusammen, daß der Wunsch nach einem neuen — und zwar eigenen — Diöcesan-Rituale immer lauter wurde. Diesem Wunsche Rechnung tragend, ordneten Seine Fürst-Bischöflichen Gnaden, der Hochwürdigste Fürstbischöf Dr. Michael Rapotnik, gleich nach dem Antritte des Oberhirtenamtes im November des Jahres 1889 an, daß auf Grund des bisher im Gebrauche stehenden, im Jahre 1854 edierten Rituale Romano-Salzburgense und unter sorgfältiger Berücksichtigung des Rituale Romanum ein eigenes Rituale für die Lavanter Diöcese ausgearbeitet werde. Hierbei ließ sich der Hochwürdigste Oberhirt zuvörderst von dem Wunsche leiten, daß durch Beseitigung der verschiedenen Ritualbücher und durch Einführung eines Rituale für die ganze Diöcese endlich die so nothwendige Gleichförmigkeit in den liturgischen Functionen hergestellt werde. Diesem Wunsche gab Hochderselbe auch in dem Schreiben Ausdruck, mit welchem Er das Manuscript des neuen Diöcesan-Rituale gelegentlich der ersten Komreise im Frühjahr 1890 dem hl. Vater zur Approbation vorlegte.

Dieses Schreiben lautet:

Beatissime Pater!

Temporum indigentis, nec non iteratis votis ac precibus cleri dioeceseos obsecundans, novam Ritualis editionem instituendam curavi sub titulo:

„Collectio rituum Dioeceseos Lavantinae ex venia Sanctae Sedis retinendorum in administratione Sacramentorum, in benedictionibus et exorcismis, in processionibus aliisque ecclesiasticis functionibus.“

Novam libri Ritualis curare editionem urget necessitas.

Triginta enim et sex annis ab ultima Ritualis Romano-Salisburgensis, quo et dioecesis Lavantina utitur, editione jam elapsis, omnia ejusdem exemplaria jam dudum divendita, et quae adhuc existunt in singulis ecclesiis, talem in modum scissa et detrita sunt, ut usui vix possint inservire.

Accedit porro, quod anno 1859 dioecesi Lavantinae adjecta sit pars dioeceseos Seccoviensis, ejus Ecclesiae usque ad hanc diem utuntur libro Rituali Seccoviensi, qui in quibusdam saltem ritibus a Rituali Lavantino divergit. Valde igitur exoptandum est, ut tandem aliquando in tota dioecesi Lavantina ritus liturgici eodem modo peragantur.

Quae autem editio ne sit integra dictae veteris editionis Ritualis Lavantini mera reimpressio, impediunt cum mutatorum temporum diversae exigentiae, tum illa imprimis in edendo Rituali Romano Pauli Papae V. monitio, qua „Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, et Episcopos etc. in Domino hortatur, ut in posterum tamquam Ecclesiae Romanae filii ejusdem Ecclesiae omnium matris et magistrae auctoritate constituto Rituali in sacris functionibus utantur.“

Quapropter haec Rituum Collectio in omnibus Rituali Romano conformata est, nisi, ut aliter fiat, sive tales consuetudines, quae cum sint memorabiles et in pia fidelium devotione fundatae, sine maxima eorumdem perturbatione imo fortasse cum ipsius fidei periculo immutari aut aboleri non possent; sive particulares dioeceseos Lavantinae exigentiae, quae in Rituali Romano non sunt praevisae, exposcebant. Sed et in his ordinandis omni modo respectus habebatur ad Sacrarum Romanarum Congregationum Decreta et resolutiones, in quantum innotuerunt, nec non ad Collectiones rituum a S. R. C. jam concessas, v. g. Archidioeceseos Viennensis et dioeceseos Sanhippolytanae.

Hanc ergo Collectionem rituum ut supra exaratam unacum adjecta expositione, qua ea, quae a Rituali Romano discrepant, accuratius explicantur et rationibus firmanur, Sanctitati Tuae subjeicio, humillime supplicans, ut attentis regionum nostrarum circumstantiis, de Apostolica benignitate Tua haec omnia servari permittas, prouti in similibus Archidioecesi Viennensi et dioecesi Sancti Hippolyti indultum fuit, quousque Rituale Romanum juxta Constitutionem Pauli Papae V. in sua integritate assumi datum sit.

Ad pedes Sanctitatis Tuae benedictionem Apostolicam enixe efflagitans

Das neue Rituale erhielt nach wiederholtem persönlichen Vorsprechen und Ansuchen seitens des Hochwürdigsten Ordinarius bei der Ritencongregation unter dem 4. Februar 1893 die Approbation des heil. Apostolischen Stuhles. Das bezügliche Decret ist dem Wortlaute nach im Rituale abgedruckt.

Ohne Verzögerung wurde der Druck des nunmehr approbierten Rituals in Angriff genommen; doch konnte derselbe infolge mancher Schwierigkeiten und Hindernisse erst im Jänner d. J. vollendet werden.

Indem nun das neue Diöcesan-Rituale hiemit endlich zur Versendung gelangt, wird der hochwürdige Seelsorgececlerus auf Nachstehendes zur Beachtung aufmerksam gemacht:

1. Die Rubriken wurden im neuen Rituale, soweit es mit Rücksicht auf die in der Diöcese alt-hergebrachten liturgischen Gebräuche thunlich war, nach dem Rituale Romanum und nach den Entscheidungen der S. R. C. richtiggestellt; der Choralgesang wurde durchwegs der von der S. R. C. approbierten typischen Ausgabe des Rituals Romanum entnommen.

2. Die Eintheilung des alten Rituals in 3 Theile mit einem Appendix wurde aus praktischen Gründen auch im neuen Rituale beibehalten. Die Einreihung einzelner liturgischer Functionen ist jedoch von jener im alten Rituale verschieden. So z. B. erscheint der Ritus ex haeresi vel schismate revertentes in sinum Ecclesiae catholicae recipiendi, oder „Ritus benedicendi matrimonio jubilaeo“ nicht mehr im Appendix, sondern ersterer bei dem Sacramente der Buße (pag. 56), letzterer bei dem Sacramente der Ehe (pag. 209) eingereiht.

3. Vieles, was im alten Rituale fehlte, wurde in das neue Rituale aufgenommen; so:
Forma exsequendi in foro interno dispensationes super impedimentis matrimonialibus occultis (pag. 64), zum Gebrauche für die Beichtväter; desgleichen:

De casibus reservatis (pag. 66);

De prima Communionem puerorum (pag. 71), mit einer angemessenen Ansprache;

Ritus communis für das Begräbniß sowohl der Erwachsenen (pag. 148), als der Kinder (pag. 192), für jene Fälle, in welchen die Leiche zur Kirche oder zur Friedhofsthüre gebracht und vom Priester dort eingeseget, aber nicht zum Grabe begleitet wird. Falls aber die Conducierung der Leiche bis zur Kirche, oder deren Begleitung zum Grabe gewünscht wird, so ist das Betreffende aus dem bezüglichen Ritus sollemnis zu entnehmen;

Circa Sacramentum Ordinis quid a Parochis praestandum (pag. 193);

Über 60 neue Benedictionen, theils aus dem Rituale Romanum, theils aus anderen von der S. R. C. approbierten liturgischen Büchern. Zur leichteren Übersichtlichkeit und zur Vermeidung von Irrungen wurden die Benedictionen in drei Hauptgruppen eingetheilt und zwar: Benedictiones, quae fieri possunt a quolibet Sacerdote (pag. 218—301); Benedictiones, ab Episcopis vel aliis facultatem habentibus faciendae (pag. 302—336); Benedictiones propriae nonnullorum Ordinum regularium, quae nonnisi a Sacerdotibus specialem facultatem habentibus adhiberi possunt (pag. 337—356) — letztere besonders zum Gebrauche für Leiter der betreffenden frommen Vereine. — Hierbei sei bemerkt, daß die im neuen Rituale auf Seite 243 angeführte „Thurificatio et benedictio domorum“, von der S. R. C. nur in „Vigilia vel infra Octavam Epiphaniae Domini“ als zulässig erklärt worden ist, nicht aber auch gemäß dem alten Rituale „in Vigilia Nativitatis et Profesto Circumcisionis“. Ebenso muß erwähnt werden, daß, nachdem die „Benedictio simplex novae campanae, quae tamen ad usum Ecclesiae non inserviat“ (pag. 330), schon gedruckt war, für diese Weihe eine neue Formel erschienen ist, welche als Anhang zu den Benedictionen auf Seite 374 angefügt worden ist. Vorkommenden Falles wird demnach diese letztere Weiheformel zu gebrauchen sein.

Ferner wurde neu aufgenommen:

De processione, quae fit ad coemeterium in commemoratione omnium fidelium defunctorum (pag. 413);

Preces dicendae pro invocatione Spiritus Sancti (pag. 433);

De Missa bis eadem die celebranda (pag. 446);

De ingressu novi parochi in parochiam (pag. 447);

Ritus instituendi novum Parochum in beneficii possessionem (pag. 447);

Litaniae omnium Sanctorum cum cantu (pag. 456);

Litaniae, quae cantandae sunt Sabbato sancto et in Vigilia Pentecostes (pag. 462);

Litaniae Lauretanae Beatae Mariae Virginis (pag. 464);

Litaniae Ss. Nominis Jesu (pag. 467);

„Te Deum laudamus“ in tono sollemni (pag. 469);

Modus simplex cantus „Libera“ (pag. 471);

endlich ein alphabetischer Index aller Benedictionen (pag. 482).

4. In Bezug auf einzelne liturgische Functionen hat die S. R. C. folgendes bestimmt:

a) Die Worte „Ecce agnus Dei“ u. und „Domine non sum dignus“ u. bei Spendung der hl. Communion sind in Zukunft auch in dem Falle lateinisch, und nicht in der Volkssprache zu beten, wenn die hl. Communion außer der hl. Messe gespendet wird. Die Gläubigen sind daher über den Sinn dieser Worte des öfteren zu belehren.

b) Die Benedictio nuptiarum darf den Brautleuten fortan nur während der hl. Messe gespendet werden. Dieselbe findet sich im neuen Rituale pag. 202, oder im Missale Romanum bei der Missa pro sponsis. Hierbei wird bemerkt, daß zufolge Decretes der S. R. C. vom 21. März 1874 in Lavant. die Benedictio nuptiarum intra Missam den Brautleuten auch dann zu spenden ist, wenn sie die hl. Communion während der hl. Messe nicht empfangen, wozu sie jedoch ermahnt werden sollen.

Wenn aber die Brautleute nach der Copulation der hl. Messe nicht bewohnen, oder die Benedictio nuptiarum während derselben nicht empfangen wollen, so darf ihnen dieselbe gar nicht gespendet werden. In diesem Falle ist einfach die Copulation nach dem im Rituale (pag. 196—202) vorkommenden Ritus vorzunehmen.

c) Die Benedictio mulieris post partum prolis illegitimae ist von der S. R. C. im Manuscripte gestrichen worden; sie darf demnach künftighin den **unehelichen** Müttern **nicht mehr** gespendet werden. Die Benedictio mulieris post partum ist nämlich als eine Auszeichnung zu betrachten, welche nur **ehelichen** Müttern gebührt. Die Herren Seelsorger werden übrigens nicht unterlassen, gefallene Personen **entsprechend zu belehren und zum Empfange der hl. Sacramente anzuhalten.**

5. Andere kleinere Abweichungen von dem alten Rituale werden die Herren Seelsorger durch genaues Lesen der Rubriken gewahr werden.

Hiermit wird das neue Diöcesan-Rituale dem Hochwürdigsten Diöcesan-Clerus zum Gebrauche übergeben, und es wird demselben sub obedientia canonica aufgetragen, nach Erhalt desselben bei den liturgischen Functionen mit Beseitigung aller anderen bisher im Gebrauche stehenden Ritualbücher sich ausschließlich dieses Rituale zu bedienen, gemäß der in der Vorrede zu demselben enthaltenen Mahnung des Hochwürdigsten Oberhirten: „Tollite nunc, filii mei carissimi et desideratissimi, librum hunc liturgicum amore, quo vobis exhibetur, et legite ipsum attente et perlegite, ut divino vestro munere pastoralis fungentes stabilem et communem agendi normam habeatis. Seposito et derelicto vetere Rituali nova haec Collectione Rituum Dioeceseos Lavantinae in posterum utamini, ut ritus nec non preces et instructiones et formulas inibi occurrentes pie ac religiose sequamini, nil addentes et nihil dementes, sed omnia inviolate custodientes, ut servata ceremoniarum unitate augeatur devotio, firmetur fides, foveatur in unam sanctam Ecclesiam Romanam, matrem et magistram nostram, dilectio, ut animarum aeterna salus promoveatur, et ut vos in die iudicii fideles mysteriorum Dei dispensatores inveniamini. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, et misericordia Dei. (Gal. 6, 16.)

III.

Generalbericht der österreichischen Gesellschaft vom Rothen Kreuze.

Von der Bundesleitung der „Österreichischen Gesellschaft vom Rothen Kreuze“ wurde soeben der 17. Generalbericht über die sehr erfreuliche Thätigkeit derselben veröffentlicht.

Der Bericht umfaßt die Zeit vom 1. März 1895 bis 29. Februar 1896. Aus demselben ist zu entnehmen, daß die Gesamtzahl der Mitglieder des Österreichischen Rothen Kreuzes 55.658 beträgt. Gegen das Vorjahr bedeutet dies eine Vermehrung um 1599 Mitglieder. Unter diesen Mitgliedern befinden sich 6247 Gemeinden, welche dem Vereine als moralische Personen beigetreten sind. Wie aus der Beilage I zu ersehen ist, beträgt das Gesamtvermögen des Vereines bereits 4,699.959 fl. Seit dem Vorjahre ist also das Vermögen um 126.971 fl. vermehrt worden.

Aus dem gedachten Berichte ist zu entnehmen, daß sich die hochwürdige Geistlichkeit sehr rege an der Förderung der Interessen dieses edlen und segensreich wirkenden Vereines theiligt, und ist nur zu wünschen, daß dieses Interesse auch noch weiterhin allerorts wachse, und so unser liebes Vaterland allen Eventualitäten ruhig ins Auge zu blicken imstande sei.

IV.

Aufruf des Comitès zur Pilgerfahrt nach Lourdes.

Über Ansuchen des Pilger-Comitès für Lourdes wird Nachstehendes mitgetheilt:

Es haben sich die Erzbruderschaft vom heil. Erzengel Michael, die Bruderschaft von Unserer Lieben Frau von Lourdes und die Marianischen Congregationen mit Gutheißung Sr. Eminenz des hochw. Herrn

Cardinals und Fürsterzbischofs von Wien dahin geeinigt, im Spätsommer dieses Jahres, etwa von Ende August bis Mitte September, mittelst Separatzuges, sonach in geschlossener Gesellschaft, eine Pilgerfahrt nach Lourdes zu veranstalten.

Die Bedingungen wären dabei für die einzelnen Teilnehmer die denkbar günstigsten. Es wird nämlich die ganze Fahrt hin und retour mit vollständiger Verpflegung, Bequartierung und Nebenausgaben an allen Orten eines längeren oder kürzeren Aufenthaltes auf 125 fl. für die III., 188 fl. für die II. und 240 fl. für die I. Classe inclusive Pilgerbeitrag zu stehen kommen. Dabei ist auf der Rückreise eine Abzweigung nach Paray-le-Monial, dem bekannten Heiligthume des göttlichen Herzens, mit eingeschlossen.

Es ergeht demnach an alle Katholiken und Katholikinnen, welche eine Sehnsucht nach den genannten heiligen Orten in sich fühlen, und in der glücklichen Lage sind, sich dieser gnadenvollen Pilgerfahrt anschließen zu können, die Bitte, darüber baldmöglichst einen festen Entschluß zu fassen und diesen ihren Entschluß an das Pilger-Comité mit genauer Angabe ihrer Adresse und der Eisenbahn-Classe, welche sie zu benützen gedenken, bekanntzugeben.

Diese Anmeldungen zur Theilnahme müssen längstens bis Ende Juli d. J. in den Händen des Comité's sein, nachdem von dieser Zeit an, je nach der Zahl der Pilger, erst noch die Verhandlungen mit den Eisenbahnen und Hotels gepflogen werden müssen.

Der Zug bewegt sich von Wien durch Tirol und Vorarlberg über Zürich, Lyon nach Lourdes, hält sich daselbst vier volle Tage auf und kehrt sodann durch die Schweiz (über Maria Einsiedeln, woselbst ein Tag Aufenthalt) und Tirol wieder zurück. Tag und Stunde der Abfahrt, sowie andere Details und Nebenumstände werden seinerzeit allen jenen, die ihre Theilnahme angemeldet haben, brieflich mitgetheilt werden.

Anmeldungen zur Theilnahme an dieser Pilgerfahrt, sowie überhaupt alle hierauf Bezug habenden Anfragen und Mittheilungen sind zu richten: An das Lourdes-Pilger-Comité in Wien, I., Annagasse Nr. 9.

V.

Diöcesan-Nachrichten.

Übersezt wurden die Herren Kaplanen: Andreas Bradič nach Großjonntag und Bartholomä Pernat nach St. Egid bei Turiaf.

In den bleibenden Ruhestand ist getreten Herr Michael Korošec, Pfarrer in Laaf bei Steinbrück.

Gestorben ist Herr Franz Brglez sen., zeitlicher Deficientpriester, zu St. Georgen an der Südbahn am 16. Juni im 32. Lebensjahre.

F. B. Lavanter Ordinariat in Marburg,

am 30. Juni 1896.

† **Michael,**
Fürstbischof.

